¶ Principia quedã ex quibus procedendum eſt in diſputatione ad manifeſtandam et defendendam iuſticiam Yndorum: Per Epiſcopũ. F. Bartholomeũ a Caſaus ordinis predicatorũ/collecta.

Primũ principium.

Dominium rerum ho
mine inferiorꝫ com
petit omnibus hominib⁹
de mũdo nullo excluſo fide
li vł infideli ex diuina iuſti
tia ⁊ ordinatione in cõmu
ni: in particulari vero ex iu
re naturali et gentium.

¶ Probatur primum .ſ. ꝙ
fuerit ex diuina iuſtitia et
ordinatiõe/geneſis. 1. cap.
faciamus hominem ad ima
ginẽ ⁊ ſimilitudinẽ nr̃am
et preſit piſcibus maris et
volatilibus celi et beſtijs
vniuerſeq̃ terre: ⁊ infra re
plete terram ⁊ ſubijcite eaꝫ
et domiamini piſcibus ma
ris ⁊c. In quibus quidẽ
verbis oſtenditur: ꝙ deus
nature inſtitute humãe ta
lem indidit poteſtatẽ; qui.
n. dixit germinet trã her
bam virẽtem: et ex tali dic
to data eſt poteſtas arbori
bus germinandi: dixit et
hominibus dominamini
piſcib⁹ maris etc. Et ex ta
li verbo ſimiliter data eſt
poteſtas hominibus ſuper
res creatas ⁊ facti ſunt dñi
earꝫ quantũ ad vſum et ꝓ
prietatem: qm̃ ipſe dixit et
facta ſunt. ps. 148. Item
deu. 4. Ne videas ſolem et
lunã et cetera aſtra et amo
re deceptus adores ea que
creauit dñs deus tuus in
miniſterium cunctis genti
bus que ſub celo ſunt. Itẽ
ps. 8. omnia ſubieciſti ſub
pedib⁹ eius oues ⁊ boues.
etc. et ps. 113. celũ celi do
mino terram aũt ddit filijs
hominũ ¶. 2. ſ. ꝙ ſit de iure
naturali: patet. Quia ea q̃
deus in prima rerum omni
um creatione tribuit vni
cuiqꝫ rei et ordinauit ad ſ

illam ſecunduꝫ rationē.ſue
nature ꝛ conditionis:dicū
tur pertinere ad eam de le-
ge vł iure naturali ex diui
na prouidentia:et debētur
eidē naturali ordine:vel ꝙ
ſit ad vniuſcuiuſqꝫ rei ſpe-
ciem conſtituendā vt mate
ria et forma q̄ ſunt propter
ſpeciē ꝛ conſtituūt ipſam:
vel ad illius perfectionem:
vt ꝙ homo habeat man⁹ et
quod alia aialia ſeruiāt ei:
vel ad eius cōſeruationem
vt ſanitas et ſimilia.Unde
vnicuiqꝫ rei create d̄betur
naturaliter quod eſt ordi-
natum ad ipſam ſecundum
ordinem diuine ſapientie:
quo fit vt de iuſtitia debea
tur vnicuiqꝫ rei ꝛ ſuū eſſe
dicatur ōne illud quod ad
ipſam ordinatur. Et quia
ex diuina prouidentia om
nia inferiora homine natu
rali ordine in hominis vſū
ordinantur:conſequens eſt
vt homo naturale domini-
uꝫ ſuper ea obtineat et ha
beat: et ſecundum diuinā
iuſtitiam homini d̄beant.
Propter quod dicit Phi-
loſohpus. 2.ethico.Nos
ſumus finis quodammodo
omniū ꝛ vtimur tanq̄ pro
pter nos omnib⁹ que ſunt.
Et Dion.8.d̄ diui. nomi.
inquit.Oportet videre in
hoc veram dei eſſe iuſtitiā
ꝙ omnib⁹ tribuit propria
ſecūduꝫ vniuſcuiuſqꝫ exiſ
tentium dignitatē: ꝛ vni⁹
cuiuſqꝫ natam in ꝓprio ſal
uat ordine et virtute. Et
philoſophus ꝓbat.1.poli.
ꝙ poſſeſſio rerum exterio
rū eſt hominis iuſta et na-
turalis:ponens exemplū in
venatione animaliū ſilueſ-
triū: quia ꝑ hoc inquit ho
mo vendicat ſibi quod eſt
naturalit̄ ſuū. De his .S.
tho.1.q.96.1.cor.ꝛ.q.21
1.3.et 22.q.64.1.cor.ꝛ q
66.1.et.2.cor.et.lib.3.cō
tra genti.cap.112.et.cap.
127.et opuſculo.20.li.3.
cap.9.et in aliis locis.
¶ Tertiū vero (videlicet
ꝙ dominiū rerū inferiorū
cōpetat homini/d̄ iure gē
tium)apparet ex hoc:quia
cōceſſis reb⁹ creatis a diui
na bonitate ſeu per diuinā
prouidētias in cōmuni/cū
ctis hominib⁹ a principio
in p̄ma hominis inſtitutio
ne ꝛ data eis poteſtate ſue

licētia capiēdi ⁊ vtēdi illis: quilibet homo particularis poteſtatē habuit poccupādi poſſeſſionē cuiuſcunqȝ rei q̄ a principio erat cōmunis: ⁊ efficere ſuā ꝑ ſolā poſſeſſionē: imo eo ipſo ꝙ preoccupabat eā ex diuina cōceſſiōe efficiebat ſua: vel ꝙ occupaſſet illā p̄ libito ſuo ſi ſol⁹ erat/vel ex cōmuni cōdicto ſiue placito ſi iā in ſocietate cū alijs erat/videlicet vt tales res deinceps haberet proprias. Unde cōdictū vel placit⁹ cōmunis ſiue toti⁹ cōmūitatis ⁊ multitudinis quod eſt ius gētiū a naturali ratione deriuatū itroduxit ⁊ ap̄pbauit ꝙ terre ⁊ res diuiderent ⁊ ap̄ppriarēt: vt vnuſquiſqȝ ſciret quod ſuū ꝓpriū eſſet ⁊ curā haberet d' illo: ꝓpter pacificā cōuerſationēȝ hominū ſimul cōmorātiū ⁊ alias vtilitates q̄ aſſignant a doctorib⁹. Unde ex tūc fact⁹ eſt vnuſq̄ſqȝ dn̄s directus particularis eaꝝ reꝝ quas a p̄ncipio d' cōmunib⁹ ⁊ q̄ in nulli⁹ poſſeſſiōe erāt ſibi occupauerat/tum ex diuina odinatione/ tū de naturali iure/ tū etiā ex cōmuni cōdicto ſiue placito ⁊ ap̄pbatione hominū q̄ ſimul tūc erāt vł poſtmodū ad cōuiuēdū cōueniebāt. Uerū q̄ actus iuſtitie quo aliq̄d alicuius ſuū efficit: p̄cedit actū iuſtitie q̄ eſt reddere vnicuiqȝ quod ſuū eſt: ⁊ q̄libet hōo effect⁹ eſt dn̄s rerū inferioꝝ ex iuſtitia et ordinatione diuina / naturali lege ⁊ gētiū iure vt ꝓbatū eſt: ideo ad iuſtitiā pertinet humanā quēlibet hominē in dominio ſuarū reꝝ conſeruare inuiolabilit: quod eſt reddere vnicuiqȝ quod ſuū eſt

Ex hoc principio ſequitur. 1.

Apud infideles iuſte eſſe rerum dominia.

¶ Probatur quia indifferenter pro omni rationali creatura ⁊ in miniſterium cunctis gentibus/ fecit deus alias creaturas homine inferiores (Ut patet ex dictis) nec diſtinxit inter fideles vel infideles: ergo nec nos diſtinguere debemus.

Digitized by Google

¶ Secundo ſequitur.

NOn licet cuicunq; p̄uate pſone quoquo modo; nec publice abſq; legitia cauſa / tollere rē ſuā alicui homini fideli vel infideli inuito: poſtq̄ iam effectus eſt dñs.

¶ Probatur. Quia nemini licet etiā vtentib⁹ poteſtate publica facere iniuſtitiā: que iuſtitie opponit: per quā vnuſquiſq; cōſeruatur in iure ſuo: Nec violare ordinationē diuinā / vl' ius naturale / nec gētiū: ⁊ ſi occulte talē rē aufferret cōmitteret furtū / quod oppōitur iuſtitie q̄ reddit vnicuiq; quod ſuū eſt in q̄tuz furtuz eſt aceptio vel cōtractatio rei aliene inuito domino. Si vero apte ⁊ violēter cōmittit rapinā / que quādā violentiā ⁊ coactionē importat; per quā cōtra iuſtitiam alicui auffertur quod ſuū eſt / S. tho. 22. q 66. 5. c. et 8. per totum. ⁊c.

¶ Secundum principium.

DOminiū vnius hominis ſup alios homines put importat officiū cōſulēdi ⁊ dirigēdi quod alias eſt iuriſditio: eſt d iure naturali et gentium.

¶ Probatur: quia cuicūq; eſt aliq̄d naturale: oportet etiā eſſe naturale id / ſine quo illud haberi nō poteſt: natura enim nō deficit in neceſſarijs: ſecūduz philoſoph. 3. de aīa. Sed naturale eſt homini q̄ ſit aīal ſociale quod ex hoc oſtēditur quod vn⁹ homo ſol⁹ nō ſufficit ad omnia q̄ ſunt humāe vite neceſſaria. Ergo ea ſine quib⁹ ſocietas hūa conſeruari nō poteſt: ſunt homini naturaliter conuenientia: huiuſmodi autem eſt habere aliquē qui preſideat ⁊ regat totā ſocietatem: quia ſine regēte vl' gubernante ſocietas humana cōſeruari non poteſt. Probatur hoc: quia multis exiſtētibus homib⁹ et vnoquoq; id quod eſt ſibi congruum prouidente multitudo in diuerſa diſpergeretur: niſi etiam eſſet aliquis

de eo quod ad bonũ mul-
titudinis ptinet curam ha
bẽs. Sicut corp⁹ hominis
ꝛ cuiuſlibet animalis de-
flueret: niſi eſſet aliq̃ vis
regitiua cõmunis in corpo
re que ad bonum cõmune
mẽbrorũ omnium intende
ret: nõ.n. idem eſt quod ꝓ-
priũ ꝛ quod cõmune: ſecun
dum propria quidem diffe
runt: ſecundum aũt cõmu-
ne vniuntur: diuerſorum
aũt diuerſe ſunt cauſe. O-
portet igitur ṗter id quod
mouet ad proprium bonũ
vniuſcuiuſq; eſſe aliquid
quod moueat ad bonũ cõ-
mũe multoꝝ. Multi enim
per ſe intendunt ad multa:
vn⁹ vero ad vnum: et ideo
dicit philoſophus. in ṗmo
poli. ꝙ quandocumq; mul
ta ordinãtur ad vnum: ſem
per inuenitur vnũ vt prin
cipale dirigens: ſicut in di
uerſis rebus naturalibus
videri poterit. Nã in vni-
uerſitate corpoꝝ per primũ
corpus. ſ. celeſte/ alia corpo
ra ordine quodam diuine
prouidentie reguntur: om
niaq; corpora per creatu-
ram rationalem ſecundum
Auguſtinũ lib. 3. de trini.
in vno etiã corpore huma
no anima regit corpus: at
q; inter anime partes iraſ
cibilis et concupiſcibilis
ratione regũtur. Item in-
ter membra corporis vnũ
eſt pricipale quod oia mo-
uet aut cor aut caput. O-
portet igit in õni multitu-
dine naturaliter eſſe aliq̃d
regitiuum: naturale ergo
eſt quamlibet hominum ſo
cietatem ſeu ſocialem vitã
multoꝝ habere rectorẽ qui
intendat ꝛ procuret bonũ
cõmune: alias .n. cõmuni-
tas nõ ſeruaretur ſed diſp-
geretur teſte Salomone:
prouer. 21. vbi non eſt Gu
bernator populus corruet:
propter quod dicitur eccl.
17. i vnã q̃mq; gẽtẽ poſuit
rectores. Ergo dñiũ vni⁹
hominis ſuper alios in q̃n
tũ importat officium con
ſulẽdi et dirigẽdi: eſt de iu
re naturali: ꝛ cõfirmat q̃a
ad regẽdũ aptos natura ꝓ
duxit aliquos homines vt
patet ꝑ philoſophũ. 1. po.
vbi dicit ꝙ vigẽtes ingẽio
naturalit ſunt dñi et recto
res alioꝝ: deficiẽtes vero a

ratione naturalit ſunt ſer-
ui.i.apti vt obediant illis
⁊ ab eis regant ⁊ dirigant
ex predicta neceſſitate vi-
uendi.ſ. in ſocietate ⁊ p cō
ſequens habendi rectorem
⁊ ex aptitudine in aliq̇b⁹:
videntes homines ſe in cō
muni viuere non poſſe abſ
q3 rectore ex cōmuni cōſen
ſu ſeu condicto toti⁹ multi
tudinis aliquē vel aliquos
elegerūt a principio q̇ vni
uerſam multitudine3 diri
gerēt ⁊ gubernarent atq3
principalit curam gererēt
toti⁹ boni cōmunis. Et ſic
patet ꝙ dominiū hominis
ſup homines fuit inductū
ſeu inclinatu3 a iure natu-
rali ⁊ perfectū ſeu etia3 cō
firmatū ſiue in actu poſitū
de iure gentiū. Hec probā
tur in.l.ex hoc iure ibi diſ
perſe ſunt gentes ⁊ regna
condicta.cum ibi no.ꝑdoc
to.maxime baldū.ff. de iuſ
ti.⁊ iure.⁊eſt argu.8.q.1.
cap̄.licet.et cap̄.audact. et
de elec .cap̄. 1. ⁊ cap̄. quia
propt. ⁊ 93.diſti.cap̄.legi
m⁹. Et hoc modo popul⁹
Roman⁹ a ꝑncipio elegit
imperatorē cōcedens ei to
tā ſuā poteſtatē:nō tamē ad
mit ſibi ſuā libertatē/⁊ trā
ſtulit imperiū ⁊ iuriſditio
nē vt.ff. de origi.iur.l.2.§
deinde cū eſſent.⁊.§.nouiſ
ſime.et.ff.de conſti.prin.l.
1.et inſti.ð iur.na.gen. et
ibi.§. Sed quod pri.⁊.C.
ð vet.iur.enucle.l.1.§.ſed
et hoc ſtudioſum. Ex quo
patet quod iuriſditio ⁊ po
teſtas regū i populo ⁊ mul
titudine erat ei⁹/⁊ ab ipſa
habuerunt inmediate: vt
in autē.ð inſtr.cau. ⁊ fide.
§.⁊ quia impiu3 ⁊ in autē
quo.opor.epiſ. in pri. hoc
duntaxat modo. ſ. per po-
puli electionē originē ha-
buit quodlibet iuſtū domi
niū ſiue regū iuriſditio ſu
per homines in toto orbe
⁊ in cūctis nationib⁹:alias
iuſtū ⁊ tirānicū fuit: pret
illud quod ex ſpeciali dei
ordinatione fuit conſtitu
tū ſeu introductū: vt in po
pulo Iſraelitico. Vt patet
1.regu.1.⁊ 8.c.⁊ deu.17.
vbi nihilominn⁹ etiā con-
currit electio ⁊ cōſenſus/ſi
ue a.pbatio toti⁹ populi cū
dei mādato ſeu ordinatio
ne vt in.ð.ca. licet apparet

Ex hoc ſecũdo principio ſequitur. 1.

Apud ĩfideles ſũt etiã dominia ⁊ iuriſdicti ones ſuper homines ĩnq̃tũ importat officiũ cõſulẽdi.

¶ Probaт: quia õnis homo tã infidelis q̃ fidelis eſt animal rationale ⁊ ſociale ⁊ per cõſequẽs ſocietas ſeu viuere in ſocietate eſt omnib9 hominibus naturale. Ergo et habere regem ſeu rectores erit omnibus infidelib9 vl' fidelibus naturale. Probaт conſequẽtia: q2 ius naturale ⁊ ius gentiũ eſt cõmune omnibus hominibus ⁊ apud omnes generale vt. 1. diſti. cap. ius naturale. Ubi dicit ius naturale eſt cõmune omniũ nationuz ⁊. ca. ius gentiũ: dicit hec idẽ ius gẽtiũ appellaт: quia eo iure omnes fere gẽtes vtunт: hec ibi. Patet igit ꝙ apud homines infideles vl' fideles indifferenт quantũ ad ius naturale ⁊ gentiũ attinet/ iuſte et naturalit habenт dñia vnius hominis ſuper alios/ ⁊ iuriſdictiones/ rectores/ vl' reges/ caciques/ vel tatoanes/ ſeu quocunq3 alio nomine cenſeanт ſiue appellẽtur: qui dirigant ⁊ regant cõmunitates ⁊ hominum multitudines atq3 curam habeãt boni cõmũis. Hũc dicimus eſſe regẽ cui ſumma regiminis in rebus humanis a tota ſocietate vel multitudine cõmittitur: ſecunduz. S. tho. lib. 1. de regi. pñci. cap. 14. verum q2 precipuus actus regie poteſtatis eſt iudicare: vt. 23 q. 5. cap. Regũ officiũ. Iudicium autem eſt recta determinatio eius quod eſt iuſtum: vnde iudicare eſt ius dicere: iuſtum vero a iure dicit ⁊ inde poteſtas iudicãdi: iuriſditio vocaт a iure dicendo: ius autẽ dicitur a iure poſſidendo: vt in cap. ius dictum eſt: de verbo. ſignificatio. 14. q. 4. quid dicam. infi. vnde quẽlibet regẽ vl' multitudinis rectorẽ oportet habere iuriſdictionem tanq̃ neceſſariam ad exercicium regie vel gubernatorie poteſtatis: quam tamen cũ po

teſtate ipſa tranſtulit in ip ſum ipſa cõmunitas in qua originaliter reſidebat et a qua (vt ſupradictuȝ eſt) in reges ſeu rectores pceſſit.

¶ Secundo ſequitur.

Non licet cuiq̃ȝ priuate pſone quoquo modo: nec etiã publice ſine legitima cauſa aufferre vel vſurpare ſeu etiam impedire alicui dño regi vel iudici fideli vel infideli non recognoſcenti ſuperiorez: dominiũ vl' iuriſdictionẽ q̃m habet aut exercet ſup ſuos ſubditos.

¶ Probatur: quia non licet etiam vtentibus publica poteſtate facere iniuſtitiam vl' iniuriaȝ alicui etiaȝ infideli: que iniuria fieret tali dño aufferendo vel priuando ſeu etiaȝ impediendo ius ſeu dñiuȝ ꝛ iuriſdictioneȝ illi⁹: que iura habet ſup proprios ſubditos. Cuȝ liceat nulli trãſgredi ſeu facere contra ius naturale vel gentiuȝ: per que iura pertinet ad temporalem dominuȝ eiuſmodi dominiuȝ i⁹ ſiue iuriſditio (vt iam probatũ eſt) fieret etiam iniuria ſubditis illius dñi. Intereſt .n. ſubditoꝝ habere dominuȝ propriũ ꝛ naturalẽ ex propria patria ꝛ gente ſua: et ꝙ eoꝝ dominus ſit liber / et libere poſſit ſubditos gubernare / et proſpicere vtilitati ſue rei publice. Ut legi. et no. in. c dilecti. de maio. et obedi. p omnes docto. et Bal. et alij in cap̃. 1. §. preterea ducatꝰ: de prohibi. feu. ali e. per feder: et. cap. 1. §. 2. ꝺ. l. coꝛ et C. de dona. l. 2. ꝛc.

¶ Tertium principium.

Omnis homo / omnis res / omnis terra / omnis iuriſdictio / et omne regimen / ſiue dominiuȝ tam reꝝ q̃ȝ hominũ ꝺ quibꝰ predicta duo principia loquũtur: ſunt vl' ſalteȝ preſumũtur libera / niſi contrarium probetur.

¶ Probatur: quia ab origine creature rationalis / omnes liberi naſcebantur

vt in .l. manumiſſiones.ff. de iuſti. et iur. et in natura pari deus nõ fecit vnuz alteri⁹ ſeruũ ſed par omni b⁹ liberũ cõceſſit arbitriũ: ꝛ ratio eſt q̃a creatura rationalis (quantũ eſt ꝺ ſe) nõ ordinat vt ad finem ad aliam vt homo ad hominem prout. S. tho. dicit. 2. ſenten. diſt. 44. q. 1. ar. 3. Nã libertas eſt i⁹ inſituz hominib⁹ de neceſſitate ꝛ per ſe ab exordio rationalis nature et ſic de iure naturali vt 1. diſt. ius naturale. ibi omniũz vna libertas: ſeruitus autẽ eſt accidentalis actus iniunct⁹ hominib⁹ a caſu ꝛ a fortũa: vnũquodq; aũt conſequit ſpeciẽ ſecunduz illud quod eſt per ſe non ſecundum illud quod eſt per accidens. Hoc autẽ dicim⁹ per accidens eſſe quod eſt pret intẽtionẽ vt patet. 2. phiſ. ꝛ. S. tho. 12. q. 71. 1. cor. iudiciũ aũt de reb⁹ dãduz eſt ſecundũ illud quod eſt per ſe / ꝛ non ſecundum illud quod eſt per accidens. Ergo non probato ꝙ aliq̃s vel aliquid ſit ſeruus aut ꝑnum: iudiciũ dãdũ eſt pro libertate ꝛ ſecundũ libertatem. Ergo preſumẽduz eſt ꝙ homo ſit liber: niſi ꝓbet cõtrariũ. Et q̃a iuramẽtũ fidelitatis et fidelitas ipſa eſt q̃dam ſeruit⁹ vt. ff. ꝺ vſu fru. l. ſicut⁹. ꝰ. 1. ꝛ no. i glo. conſtat ꝙ nemo eſt alterius homo vel vaſſallus ſeu fidelis niſi hoc eſſe ꝓbet et probat eſſe probato ꝙ debeat eſſe: ſecũdũ. Bal. in. l. libertas. ff. de iure ꝑſonarum ꝛ idẽ bal. in. l. 1. C. de ſerui. ꝛ aqua plu. ſimilit dicẽduz eſt de reb⁹ inanimatis: vt ſũt terra / ꝑdia ꝛ q̃libet alia res: quia cũ omnis res ꝺ iure naturali primeuo originalit libera fuerit: ſemper libera eſt vel preſumit niſi ſerua vel obligata ꝓbetur vt inſtitu. ꝺ rerũ. diui. ꝰ. fere ꝛ in. l. ex hoc iure. ff. ꝺ iuſti. et iur. ꝛ inſtit. de liberti. ꝰ. 1. ꝛ. C. de proba. l. ſiue poſſidetis. ꝛ bal. dicit in. ꝺ l. 1. C. de ſerui. ꝛ aqua plu. predia ꝛ terras originalit eſſe liberas ꝛ ꝙ hoc vnusquiſq; debet ſcire / facit. c. nimis de iur. iuran. et que ibi no. doctores. Et facit ad hoc auctoritas gen. 47.

vbi habet q deficientib⁹
pecunia ⁊ pecoribus egip
tijs tēpore famis maxime
ad emendu₃ triticū a rege:
Joſeph emit ab eis omnē
terram Egipti ⁊ poſſeſſio
nes/ſubiecit q₃ eam Pha
raoni et cunctos populos
ei⁹ a nouiſſimis terminis
egipti vſq₃ ad extremos fi
nes ei⁹ pret terra₃ ſacerdo
tum. Et ex eo tempore vſq₃
in preſentē diem in vniuer
ſa terra Egipti regib⁹ quī
ta pars ſoluebat: et factum
eſt quaſi in legē abſq₃ ter
ra ſacerdotali: q̄ libera ab
hac cōditiōe fuit. Hec ibi.
Si ab illo ergo tēpore ēp
ta eſt terra ⁊ poſſeſſiones ꝑ
Pharaone ⁊ de ea ſolueba
tur quinta pars. Ergo an
te libera erat. ⁊c. Vid gl. d
hoc. in cap. q̄ꝗ. de vſur. li.
ber. 6. apparet etiā hac ra
tione cum omnis res vl' ter
ra anteq̄ occuparet in nul
li⁹ bonis eſſet vt inſti. d re.
diuiſ. §. fere. et. ff. d acqui.
poſſeſ. l. 1. Ergo omnis res
ante occupationem libera
erat. ¶ De regimine et
iuriſdictione ide₃ oportet
concludere/his rationib⁹
.ſ. cum ex cōſenſu libero po
puli vl' cōdicto totius mul
titudinis originalit a prin
cipio proceſſerint reges vl'
rectores populoꝝ ⁊ omnis
iuriſdictio. Ergo null⁹ an
te erat rex rector vel dñs po
puloꝝ. Ergo ille erat liber
hoc eſt nullū aliū habēs ex
tra ſe vl' ſuper ſe ſuperiorē:
et ſuper homines liberos q̄
conſenſu libero eum elege
rūt iuriſdictionē ſupremā
⁊ regimen habens: ſi com
miſſa fuit eidē a populo ſū
ma regiminis vt ſupponi
m⁹. Itē popul⁹ a principio
originalit fuit liber vt ia₃
patet. Ergo nō poterat rec
tor ab ipſo elect⁹ populo o
riginaliter eſſe niſi liber.
Preterea ſeruitus vl' obliga
tio ta₃ rerū q̄₃ hominū aut
fidelitatis iuramētū homi
nis ad hominē: introduc
ta fuerunt ex iure gentiu₃
ſecundario vt no. docto. in
de. l. ex hoc iure. Ergo ex p
meuo iure fuit tan rerū q̄₃
hominu₃ vna omniū liber
tas. Ea namq₃ ſunt de iure
gentiu₃ primeuo q̄ ab exor
dio rationalis creature et
mox vt homines eſſe cepe

runt producta ſunt ineſſe: ut ſunt fidē ⁊ pacta ſeruare et omniū vna libertas ⁊ ſimilia. Et hoc appellat ius gentiū pmeuum. Alia vero que ab exordio creature rationalis producta nō ſunt ineſſe: ſed fuerunt ſtatuta poſtea excreſcente hominū malicia vt ſeruitutes/bella/captiuitates ⁊ huiuſmodi: hoc vocatur ius gentiū ſecundariū. de his no. doc to. iuſti. de iur. na. gen. et ciui. et inſti. de rerū diui. et in. di. l. ex hoc iure et in cap. ſi diligenti. de preſcrip et in cap. Que in eccliaꝝ. de conſtitu. ⁊ in multis aliis locis vtriuſqꝫ iuris.

Ex hoc tertio

principio. Sequitur

Quecunqꝫ nationes ⁊ populi q̄tūcumqꝫ infideles habentes terras et regna ſeparata que a principio illa incoluerūt ſeu habitauerunt: ſunt populi liberi nullū de iure extra ſe pret ſuos recognoſcentes ſuperioreſ: ⁊ eorū ſuperior vel ſuperiores habent pleniſſimam poteſtatē ⁊ iura ſupmi principis in regnis ſuis: que videlicet nunc habet in imperio imperator.

¶ Probat. 1. pars. 1. per. 1. ſequelā ſecūdi principij vbi pbatuꝫ eſt apud infideles eſſe legitime dominia ⁊ iuriſdictiōes: quia naturalit ſunt hominuꝫ ſocietati et congregationi conuenientia et neceſſaria ad dirigenduꝫ ⁊ regēduꝫ totaꝫ cōmunitatē. Libertas etiā eſt cōmunis et naturalis ōnibꝰ hominibꝰ per. 3. pncī. Ergo ſunt populi liberi ⁊ rectores ſiue reges eoruꝫ oportet liberos eſſe: cum ex populorū conſenſu ⁊ auctoritate originaliter reges fuerint pcreati vt oſtenſuꝫ eſt. 2. pbat. per di. l. ex hoc iure. ff. de iuſti. et iur. ibi diſperſe ſunt gentes ⁊ regna cōdita: cū ibi no. p doc. to. Et expreſſiꝰ probatur. per. l. nō dubito. cū ibi no. per glo. et docto. ff. de capti. et poſt li. et per Bartholū. in. l. hoſtes. eo lib. ⁊ ti tu. vnde in d. l. non dubito ſic dicitur. Nō dubito quin federati. i. cum quibꝰ feci

m⁹ treugas ⁊ liberi nobis
extranei ſunt et illi apud
nos et libertatem ſuã et do
miniũ rerũ ſuaꝝ eq̃ atq₃ a-
pud ſe retineãt: ⁊ eadẽ no-
bis apud eos contingat: li
ber aũt popul⁹ eſt is/q̇ nul
lius alteri⁹ populi poteſta
ti ſubiect⁹ eſt: hec ibi. Pa
rs. 2. Probat per ſententiã
omniũ doctoꝝ vtriuſq₃ iu
ris q̇ dicũt ꝙ rex in regno
ſuo qui .ſ. non recognoſcit
ſuperiorẽ tantã₃ habet po-
teſtatẽ vel maiorẽ₃ quã ipe
rator in imperio. Cũ impa
tor nõ tranſmittat imperiũ
ad heredes quod rex facit
regnũ ſuũ. Vt in .c. licet d
vo. Ita dicit Andre. d iſer
in cap. 1. in titul. de vaſal.
decrep. eta. quẽ omnes ſe
quũt/⁊ dicit ba. in l. exẽplo
C. de proba. ꝙ rex in regno
ſuo dicit imperator regni.
⁊c. Idem dicunt de duci
b⁹ ⁊ alijs ṗncipib⁹ qui ſũt
perpetui/ꝙ habẽt iura im
perij: idẽ de ciuitatib⁹ et
cõmunitatib⁹ nõ recogno
cẽtib⁹ ſupiorẽ. Ita no. per
omnes doctores in cap. q̇ in
eccleſiaꝝ de cõſtitu. et eſt vt
dixim⁹ cõmunis dñiũ ſen-
tẽcia: ⁊ poteſt aſſignari ra
tio naturã vt in 2. ṗncipio
videl₃: q̃a cuiuſcũq₃ eſt aliq̇d
naturale: etiã oportet id eſ
ſe naturale ſine quo illud
haberi nõ poteſt. Eſt ⁊ alia
ratio iuridica q̃ cõcordat
p̄dicte .ſ. cui cõcedit aliq̇d
explicãdũ vl' exercẽdũ: om-
nia illa videnẽ ſibi eſſe cõ-
ceſſa ſine quib⁹ illud habe
ri vl' exerceri nõ poteſt: vt
in cap. 1. et cap. preterea. ⁊
c. ſignificaſti ⁊ c. prudẽtiã.
⁊ c. ſuſpitiõis. d offi. dlega

Quartũ principium.

OMnis rector cuiuſcũ
q₃ multitudinis hoĩ
num liberorũ ſpũalis vl' tẽ
poralis: obligat regimẽ ſu
ũ ordinare ad bonũ multi-
tudinis/⁊ regere eã ꝓpter
ſe ipſam.

¶ Probat. 1. rationib⁹: d
inde auctoritatib⁹. Et. 1.
de tẽporali regẽte ſic. Ra-
tio. 1. liber eſt cauſa ſui ſõ₃
philoſophũ in ṗn. meth. et
nõ ordinat ad alĩ/ſed poti
us alia ordiant ad ip₃. Un
de quicq̇d circa eũ fieri cõ
tingat oportet ad vtilita-
tem ipſius ordinari. Sed

regimen cuiuſcunqꝫ cōmunitatis hominū liberoꝝ ſit circa homines liberos. Ergo ordinari debet ad bonū ⁊ vtilitatē eoꝝ. 2. ratio. omniū ordinandoꝝ ad finem gubernationis ⁊ ordinis regulā ex fine ſumi neceſſe eſt: quia tūc vna queqꝫ res optime diſponitur: cuꝫ ad ſuuꝫ finem cōuenienter ordinatur et deducitur. Sed finis vniuſcuiuſqꝫ cōmunitatis cōgregate eſt bonum ipſius: quod cōſiſtit in hoc ꝙ dirigantur homines gubernādi in his que agenda ſunt vt ſuppleantur eoꝝ defectꝰ: corrigantur mores vt ſint virtuoſi: viuāt in pace: defendantur/augeant/conſeruētur et ꝓſperentur per regentes. Ergo rector obligatur regimē ſuū ordinare ad finē et bonū multitudinis: et ex fine. ſ. bono ⁊ vtilitate publica ſumere regulas ad gubernandum eandē. 3. ratio. Quelibet pars eſt ꝓpt totuꝫ: et bonuꝫ particulare ordinatᷣ in bonū totius: cum eſſe partis ſit propter eſſe totius. Sed rector cōmunitatis eſt pars illius. Ergo rector eſt ꝓpt eam: ⁊ bonū eius quod eſt particulare. ſ. regimē ⁊ qcquid aliud ſit/ordinari debet ad bonū totiꝰ ⁊ nō ecōtra: quia bonū gentis diuiniꝰ eſt ꝙ̄ bonum vnius hominis ſecundū philoſophū 1. ethico. Et confirmatur quia ſecundū eundem philoſophū. 8. ethico. regnuꝫ non eſt propter regem ſed rex propter regnum. 4. ratio. Finis vltimus cuiuſlibet agētis vł facientis in ꝙ̄tuꝫ eſt agens vel faciens eſt ipſemet. Utimur eni factis a nobis ꝓpt nos: et ſi aliqd aliquādo propt aliū homo faciat: hoc refert in bonuꝫ ſuū/vł vtile/vł delectabile/vel honeſtū. Sed cōmunitas vel hominū multitudo eſt cauſa factiua ⁊ originalis reguꝫ ⁊ rectoꝝ ſuoꝝ: vt ſupra probatū eſt. Ergo reges ſiue rectores cōmunitatis ſunt propt bonuꝫ multitudinis ⁊ ad ipſaꝫ ordināt. Ergo obligantur vt pus. ⁊c. 5. ratio. Ex eo quod eſt ad aliud ordinatuꝫ dicitur ei auxiliuꝫ ꝑuenire nō aūt aliquod impedimētuꝫ.

Sed reges ſeu rectores mul titudinis congregate cuiꝰ cunq3/ſunt ordinati ad cu randu3 ꝛ promouendū bo num illius. Ergo debet ex eis reſultare bonum ꝛ au xiliu3 prouenire. Sed hoc eſt regimē iuſtum ꝛ bonū. Ergo: quilibet rex vel rec tor obligat regimen ordi nare ad bonum multitudi nis ꝛ regere eam propt ſe ipſam.

Et q̄uis predicte ratio nes etiam deſeruiant pro regente ſpūali: tamen ſpe cialit ſequentes ponuntur pro illo: primo ſic. In omni bus finibꝰ ordinatis opor tet ꝙ vltimus finis ſit finis omnium precedentiū fini um: vel ſic ad ordinem agē tium ſequit ordo in finibꝰ. Nam ſicut ſupremū agens mouet omnia ſecunda agē tia: ita ad finem ſupremi a gentis oportet ꝙ ordinen tur omnes fines ſecundoꝝ agētium. Quicquid enim agit ſupremu3 agens: agit propt finem ſuum: agit aūt ſupremum agens actiones omniū inferioꝝ agentium mouendo omnes ad ſuas actiones: ꝛ p̄ cōſeq̄ns ad ſu os fines. Sicut apparet de duce exercitus qui quicq̄d agit: agit ꝑpt ſuum fine3 q̄ eſt victoria: ꝛ per hoc mo net tribunos ꝛ alias partes principales totius exerci tus: vt bene ſe habeant in ſuis actionibus ad conſe quendum ſuos fines puta vt ſignum vnius aciei ordi net ad ſignum generale to tius exercitus: iſtud aute3 moueat ad impetum faci endum in hoſtes: quatenꝰ victoria habeat. Sed deus eſt primum agens omnia mouens ꝛ ordinans in ſe ipſum tanq̄3 in omnium re rum a ſe creatarum vltimū ꝛ vniuerſalem finem. Om nis aūt rector ſpūalis etiā papa maxime in ſpūalibꝰ eſt ſecundum agēs. Ergo o portet ꝙ omnes actiones ſu as et fines ſuum ordinet in finē qui eſt ipſe deus. Sed licet omnes creature ordi nent in deū vt in finē: crea tura tamen rationalis pre ceteris ꝛ maxime in deum ordinatur ſicut in ſuum vl timum fine3: ex eo quia ad

ipſuꝫ finem vltimū vniuer
ſi ſua ptingere poteſt ope-
ratione.ſ. eum cognoſcen-
do ⁊ amando. Ergo ſecun
di agentis .ſ. cuiuſcunqꝫ
rectoris ſpūalis etiā pape
finis debet eſſe ⁊ ad hoc te
net per ſuas operationes
pricipalit intēdere:vt crea
tura ratiōalis .ſ. homines
finem ſuū qui deus eſt con
ſequant. Sed hoc fit quan
do regimen ſpūale ordina
tur ad ſalutem ⁊ bonū mul
titudinis. Eſt.n. bonū vni
uſcuiuſqꝫ ꝙ finem ſuum cō
ſequat. Malum aūt eius
eſt ꝙ a debito fine diuertat
vel impediat. Idē.n. opor
tet eſſe iudiciū de fine mul
titudinis ⁊ fine vnius ho-
minis. Ergo papa ⁊ omnis
rector vel paſtor ſpūalis ob
ligat ſuum ordinare regi-
men ad bonū ⁊ finem ſpūa
lem totius multitudinis.ſ.
qualit deum cognoſcat ⁊ a
met vt demum ſalutem con
ſequat eternā quod eſt gu
bernare eam propt ſeipſaꝫ.
Tunc.n. vnūquodqꝫ recte
⁊ bene regit ⁊ gubernat:
quando ad finem debitum
deducit vt dictum eſt. Eſt
namqꝫ gubernare res que
gubernantur:ad debitum
finem deducere ſecundum
philoſophum. i. ethi. Item
omnis potentia vel ars ad
quam pertinēt ea que ſunt
ad finē/mouet ad agendū
⁊ ſumit regulas ⁊ leges a-
gendi a potētia vel arte ad
quam pertinet finis: qui-
bus actiones ſuas ordinet
inquātuꝫ conferunt fini. Si
cut ars pigmentaria ab ar
te medicinali ſumit regu-
las quibus ordinet potio-
nes ⁊ medicinalia reliqua:
ad hoc ꝙ ſanitas acquirat
qui eſt finis artis medici-
ne. Et in bellico apparatu/
tribuni qui intendunt or-
dinem vniꝰ aciei ſumunt
leges a duce:quibꝰ quicq̄d
operant ordinant in quan
tū poſſūt conferre ad victo
riaꝫ qui eſt finis ducis. Et
ars militaris accipit regu
las ab arte ciuili ⁊ eque-
ſtris a militari:⁊ nauifacti
ua a gubernatoria. Sed q̇
libet rector et paſtor ſpiri-
tualis etiā ſummus rector
papa habet potentiaꝫ ⁊ ar
tem eoruꝫ que ſunt ad finē
vltimum quem deus inten

Digitized by Google

dit qui eſt/ vt homines ipſum deuȝ cognoſcant ⁊ dili gant atqȝ eo fruanṫ. Ergo moueri debet ad agēduȝ. i. ad regendū ⁊ gubernanduȝ ſpūalit homines ⁊ pro uidendū animabꝯ per legē ⁊ regulas diuinas: ⁊ omnes actiones ſuas talit ordinare ⁊ dirigere in quantū poterit: quatenꝯ ſubditi .i. oues ſibi credite finem .i. ſaluteȝ quam deꝯ intendit cōſequanṫ. Juſtum eniȝ eſt vt inde vnuſquiſqȝ ſumat regulas magiſterij: vnde honoris cōſecrationē acceperit ⁊c. Ut. 12. diſti. cap. de his. Ergo omnis ſpūalis rector obligaṫ regimeȝ ſuū ordinare ad bonū multitudinis ſibi ſubiecte ⁊ eā propṫ ſeipſam gubernare.

¶. 2. probaṫ predictuȝ. 4. principium auctoritatibꝯ pro vtroqȝ ſimul. ſ. ſpūali ⁊ tēporali rectore. 1. ad chorin. 10. ⁊ vlti. cap. poteſtatem quā dn̄s dedit mihi in edificationem ⁊ non in deſtructionē: ⁊ dn̄s vtiṫ in Iohāne quadā importuna interrogatione/ ter querens a ſuo ſucceſſore beato Petro: ꝙ ſi ipſum diligit gregem ſuū paſcat: Petre (inquid) amas me? paſce oues meas Johānis. 21. quaſi in hoc conſiſtat tota paſtoralis cura ꝓfetꝯ videlicet ⁊ vtilitas gregis. Unde ⁊ merito paſtores vocantur quibꝯ vigilancia incūbit ad ſubditoꝝ vtilitatem ſecunduȝ. S. tho. hoc etiam apparet ꝑ philoſophuȝ. 8. ethi. Ubi ponit differentiaȝ inṫ irannū ⁊ regē: quia rex ordinat prelationē ⁊ regimē ſuum ad bonū gentis cui preeſt: propṫ eaꝝ vtilitatē ſtatuta ⁊ leges faciens: tirannus aūt regimē ſuuȝ ordinat ad vtilitatem proꝑiam. Et diciṫ irannꝯ nomine a fortitudine deriuato: quia. ſ. per potentiam opprimit: non per iuſticiā regit: ſecundū. S. tho. Diciṫ etiā a tiro quod eſt anguſtia vl' tribulatio: quia populos quibus dominatur anguſtiat ⁊ in tribulatiōe ponit. Ezechielis quoqȝ. 34. dicitur. Ue paſtoribus Jſrael qui paſcunt ſemetipſos. Nonne greges paſcunṫ a paſtoribus?

lac comedebatis et lanis operiebamini. Quod craſſum erat/occidebatis: gregem aũt meum nõ paſcebatis. Quod infirmũ fuit nõ cõſolidaſtis. Et quod egrotũ nõ ſanaſtis. Et quod confractũ nõ alligaſtis: quod abiectũ non reduxiſtis / et quod pierat nõ q̃ſiſtis. Sed cũ auſteritate impabatis et cũ potẽtia. Inquibus quidẽ verbis nobis ſufficienter forma vtriuſq; regiminis ſpũalis et tẽporalis traditur redarguẽdo contrariũ. Secũdũ. S. tho. lib. 3. cap. 11. de regimi. Prin. In iure etiã canonico ꝛ ciuili patet: qualiſ pnceps ſiue rector debet vniuerſa agere ad vtilitatem ſubditorum. Unde in ꝓlogo/ ſexti libri decretalium dicit Bonifaci⁹ papa. Sollicitamur curis cõtinuis et aſſidua meditatione vrgemur: Ut iuxta credite nobis diſpẽſationis officiũ: ſubditorum cõmodis (in quorũ proſpitate vtiq; proſpamr) iugi ſollicitudinis ſtudio intendam⁹. Amplectimur quippe volũtarios ꝑ ipſorum quiete labores ꝛ nocteſ quoq; trãſim⁹ inſõnes vt ſcandala remoueam⁹ ab ipſis. Hec ibi ꝛ in multis alijs locis: et in autẽ. Ut iudi. ſine quo. ſu. in pn. colla 2. Ut comiſſe ſibi a deo rei publice vtilitatem ꝓcuret. Ut in aut. vt differe. iudi. in pn. colla. 9. ꝛ dbet ad ipſius reipublice ſuſtẽtationẽ reſpicere. Ut in cõſti. C. ſ. Ideoq;. Et ſecundũ ꝙ poſſibile eſt/omniũ cõmodis ſubiectorum proſpicere. Ut in. l. ſi q̃s filiũ. C. de in offi. teſta. ꝛc. Ex iſto. 4. pncipio ꝛ eius probationib⁹

Sequitur. i.

Poteſtas q̃cũq; tẽporalis ſubdi debet poteſtati ſpũali in his q̃ ad ſpũalẽ finẽ pertinẽt: ꝛ illã ab iſta oportet ſumere leges ꝛ regulas q̃b⁹ regimẽ ſuũ tẽporale ordiet: q̃ten⁹ fini ſpũali cõueniat ꝛ tẽdentib⁹ ad illũ ipedimẽtũ nõ exiſtat.

Probatur: quia quandocunq; aliqua ordinantur ad aliquẽ finẽ: omnia

diſpoſitioni illi⁹ ſubiacent ad quē p̄ncipalit̄ ptinet ille finis: Sicut apparet in exemplo poſito d̄ exercitu. Omnes.n.partes exercit⁹ et eoꝝ actiones vł opa ordinant̄ ad bonū ducis quod eſt victoria ſicut in vltimū finē: ꝛ ppt̄ hoc ad ducē ptinet totū exercitū gubernare. Sed omnes homines d̄ mūdo ꝛ poteſtates q̄ in eis et apud eos ſunt: ordinant̄ in finez vltimū btitudinis cuiuſcura ꝛ ſollicitudo ad poteſtatē ſpūalē pcipue eā que in papa reſidet/ ptinet principalit̄.ſ. q̄liter omnes homines pfidez ꝛ dilectionē ipſum deū (ad quē ōnia et p̄ſertim creatura rationalis ordinant̄) cōſequi et attigere poſſint. Ergo poteſtas tēporalis ſubdi d̄bet ſpūali ꝛ ab iſta illa ſumere regulas regiminis ſui tēporalis ꝛ ita ſuas actiones per eas regulare: quaten⁹ eiuſmodi beatitudinis fini conueniant ꝛ tendentibus ad illā impedimentuz nō exiſtant. Quia ſupra in 2. ratione dictuz eſt: omnium ordinandoꝝ ad finem gubernationis et ordinis regulam ex fine ſumi neceſſe eſt: vt patet ex. 2. phiſi. ſimiliter ars q̄ eſt de fine imperat ꝛ dat regulas arti q̄ eſt de his que ſunt ad finē: vt ciuilis militari militaris eq̄ſtri. ꝛc. Sed ars q̄ in rectore ſpūali potiſſime in papa reſidet eſt ars artium (vt gregorius dicit in paſtorali ꝛ habet̄. C. cum ſit deeta. ꝛ q̄lita) q̄ curā habet d̄ vltimo fine. Omnes autē alie artes ꝛ regimina ſecularia ſunt d̄ his q̄ ſunt ad finē. Ergo idez quod prius.

Secūdo ſequit̄

Vniuerſe he indiane nationes ꝛ populi regende ꝛ gubernande ſunt ſpiritualiter ꝛ tēporaliter ad bonum ipſorum ꝛ propter ſe ipſos: vt quicquid in regimine temporali circa eas agatur vel diſponatur: obligantur hiſpaniarū reges agere ꝛ diſponere ad omnimodā vtilitatē ſpūalem ꝛ tēporalem earum.

¶ De ſpūali regimine nul

lis eſt dubium: cum ſint ani me rationales xpi ſanguine redẽpte ⁊ q̃ a dei prouidẽtia ſpeciali modo regũtur propt̃ ſe ipſas. De tẽporali vero pbat per. 5. rationes in hoc. 4. principio adductas. Et ratio eaꝝ eſt q2 omnes iſte natiões ⁊ populi ſunt liberi / terras inhabitãtes liberas vtpote nullũ recognoſcẽtes extra ſe dñz vel ſuperiorẽ tã ſui ipſoꝝ q̃z terraꝝ ſuarũ et rerũz particulariũ: quod patet. Quia ab hinc qnquaginta ⁊ tres annos retro nulla notitia erat in mũdo de eis Itẽ regiones et regna ſeparata ampliſſima habẽt ⁊ in eis dominiũ ⁊ iuriſditionẽ liberã et iura imperij a tẽpore / cui9 nõ extat memoria exercẽtes: que autoritate et cõceſſiõe diuina ac iuris naturalis ⁊ gẽtiũ a pncipio poccupauerũt ⁊ coluerunt: inueniẽtes illa vacãtia ⁊ in nulli9 bonis vl' poſſeſſione exiſtẽtia: q̃ omnia poſſunt liq̃do per. 1. ⁊. 2. ⁊ 3. principiũ apparere. Et q2 Hiſpaniaꝝ principes fauore fidei a ſede aplica receperunt curã et on9 dãdi operã adp totũz hunc maximũ indiaꝝ orbem fidez catholicã predicãdũ ⁊ ampliandũ xpianã religionem: quod per cõuerſionẽ harũ gentiũ ad xpum fieri neceſſe eſt: ad quod efficiẽdũ ppria ſpõte imo ex ppria pollicitatione ⁊ apoſtolica acceptatione ſimul ⁊ cõceſſione addito formali pcepto / ſe obligarunt pncipes nr̃i: idcirco rectores ⁊ ſuperiores huiuſmodi orbis propter bonum duntaxat incolarum et habitatorum eius effecti ſunt: ⁊ pcõſequens debitores deo ⁊ eccl'ie dei eiſdẽq3 gentibus ⁊ populis ad regendum ⁊ gubernandũ eas bono ⁊ optimo regimine: quod conſiſtit (prout in. 2. ratione viſum eſt) in dirigendo populos et gentes huiuſmodi in his que agenda ſunt / in ſuplendo eorum defectus: in corrigendo mores: in conſeruãdo eis vitam et libertatẽ / dñia taz reꝝ q̃z hominuz: ſtatus et juriſditiões: ⁊c. omnia q̃ ſpectant ad jus ſinguloꝝ et comunitatum

Digitized by Google

ſeu etiā naturaliū domino rū ne fides ⁊ religio xp̄iana reddat eis onerosa/ odiosa/ intolerabilis/ horribilis ⁊ penit⁹ abominabilis ⁊ pniciosa. Etquia huiuſmodi yndiane gentes a natura ſunt humillime/ puſſillanimes/ valde pacifice/ ⁊ mā ſuetiſſime: quāobrem facilius poſſunt ledi imo valde leduntur ⁊ grauātur et opprimūtur ab hiſpanis: ꝓpterea tenētur hiſpaniaꝝ reges de neceſſitate ſalutis d̄fendere eos ab illis nō qualitercunqꝫ ſed efficaciter ꝑ iuſtitie adminiſtrationē et alia remedia oportūa: atqꝫ totuꝫ deniqꝫ regimē ſuum ita ordinare / moderari et diſpōere: quaten⁹ in pace et q̄ete viuentes nec nō ſuis bonis et iurib⁹ cōſeruatis cunctiſqꝫ exterior ib⁹ in pedimētis excluſis ac ꝓcul omnino reiectis: gratāti⁹/ liberius/ ⁊ facilius/ fidē catholicā amplectātur: et imbuātur bonis morib⁹/ atqꝫ in deuꝫ verū creatorē ⁊ redēptorem credētes finē rationalis creature eternā.ſ. beatitudinē conſequātur. Quod eſt finis et intentio dei et vicarij ei⁹ ſummi pōtificis: Ad quod q̄dē totis virib⁹ ⁊ ōni conatu efficiēdū cūctis Hiſpanoꝝ cōmodis/ et ipſoꝝ regū poſtpoſitis: reges nr̄i maiore vinculo q̄ꝫ ceteri reges in regnis ſuis/ obligati ſunt. Et hoc ideo q̄a nō ob aliā cauſam niſi iſtā vt fides.ſ. eis efficaciter p̄dicaretur et in iuſta ⁊ debita policia cōſeruarētur: ſedes ap̄lica mota fuit tā q̄ꝫ ex cauſa finali imo nec alia cauſa potuit ſubeſſe d̄ iure/ ad cōmittendū regna hec ⁊ orbē iſtū prefatis nr̄is iclitis regib⁹ addito (vt p̄diximꝰ) formali precepto. Et iſte eſt finis ſui regiminis. Et ita eidē ſedi ap̄lice polliciti ſunt vt apparet in litteris apoſtolicis prefate conceſſionis. Que quidē pollicitatio tranſiuit in pactuꝫ poſtq̄ꝫ prefata ſedes acceptauit eādē ſecūdū iura.

¶ Approbata fuerūt dicta p̄ncipia p doctores ſeq̄ntes

Frater petrus de cōtreras. Magiſter.	Frater vincentius Carrillo Rector.

¶ Impreſſum Hiſpali in edib⁹ Sebaſtiani Trugilli.